Publii Ovidii Nasonis

Amorum Elegiæ Duæ

Latine et Suethice

Cum Notulis Edidit

JOH. GUST. EK,

Eloqu. et Poës. Prof.

Pro Laurea

Disputaturus Publice Defendet

AUGUSTUS HAMMAR,

Philos. Cand., Blekingus.

In Auditorio Carolino die XII Junii MDCCCL.

I. 1.

Lundæ,
typis Berlingianis,
MDCCCL.

Amores Ovidii non modo quod tersi minus necdum exquisitam illam habent elegantiam, propter quam scriptor a veteribus ipsis male audit, utpote *nimium amator ingenii sui*, verum etiam quod inter prima, quæ scripserit, quum ætate tum nativa venustate censentur a justis harum rerum existimatoribus esse ex his elegiis nonnullas, animos allectant non dico eorum, qui voluptatibus dediti mollissima quæque poëtæ justo lascivioris ardentissime exosculantur, sed philologorum, qui, qualis fuerit scriptor, antequam lepores nimis arcessitos coepit consectari, ex his maxime sibi videntur judicaturi. Accedit, quod obscura quæ sunt in vita scriptoris, i. e. quæ fuerit Corinna sua, quæ causa exsilii et quæ sunt reliqua, nullo alio ex opere, quam ex Amoribus, Corinnæ maximam partem dicatis, illustratum iri speraveris. Itaque placet ex illis fertilissimi ingenii primitiis nonnihil ad hanc scribendi opportunitatem delibare.

Fuit quoque, quod ad hanc scriptionem alliceret, exemplum I. L. Heibergii, Viri Clarissimi, qui in operibus suis, nuper editis, ex his Elegiis aliquot Danorum lingua interpretatus est, cujus interpretationis quum plurima sint bona, ut, qui optima velit eligere, difficilem habeat optionem, tamen et quæ mihi felicissima visa sint, monstrabo, iis locis maxime, ubi nostri vel sermonis duritas vel ingenii inopia poëtæ Latini ubertatem minus potuerit assequi, et si, quod raro accidit, vir ingeniosissimus paulo licentius, quam opus erat, egisse videbitur, obiter monebo, modo absit omnis offensionis suspicio.

I. 1.

Arma gravi numero violentaque bella parabam
Edere, matèria conveniente modis.
Par erat inferior versus: risisse Cupido
Dicitur atque unum surripuisse pedem.
Quis tibi, sæve puer, dedit hoc in carmina juris?
Pieridum vates, non tua turba, sumus.
Quid, si præripiat flavæ Venus arma Minervæ,
Ventilet accensas flava Minerva faces?
Quis probet in silvis Cererem regnare jugosis?
Lege pharetratæ virginis arva coli?

I. 1.

Vapen och blodiga krig i högtidliga takter jag ville
Sjunga, med ämne och ton passande väl till hvarann.
Öfver och under var versen sig lik: men Cupido han smålog,
Sägs det, och snappade klipskt undan den ene en fot.
Grymme patron! hvem gaf dig väl öfver poemer en sådan
Rätt? Pieridernas trupp äro vi skalder, ej din.
Hvad? Om Venus betog den blonda Minerva dess rustning,
Eller Minerva på lek svängde det lågande bloss?
Hvem kan väl tåla på skogar och berg en Ceres regera?
Hvem, att bekograde mön lagar för plöjningen ger?

Crinibus insignem quis acuta cuspide Phoebum
Instruat, Aoniam Marte movente lyram?
Sunt tibi magna, puer, nimiumque potentia regna.
Cur opus affectas, ambitiose, novum?
An, quod ubique, tuum? tua sunt Heliconia Tempe?
Vix etiam Phoebo jam lyra tuta sua est?
Quum bene surrexit versu nova pagina primo,
Attenuat nervos proximus ille meos.
Nec mihi materia est numeris levioribus apta,
Aut puer, aut longas comta puella comas.
Questus eram; pharetra quum protinus ille soluta
Legit in exitium spicula facta meum:
Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum:
Quodque canas, vates, accipe, dixit, opus.

Hvem vill med spetsiga lansen förse skönlockige Phœbus,
Då på Aoniens fält lyran handteras af Mars?
Gosse! du har ju ändå nog stora och mäktiga riken:
Ärelystne! hvi står hågen på nya bestyr?
Tror du då, allt är ditt? jemväl Heliconiska Tempe?
Får nu Phœbus ej ens hafva sin lyra i fred?
Knapt med en första vers nybörjande sida har uppträdt,
Innan med versen dernäst kraften mig sviker alltren.
"Ämne ej heller jag har, för de svagare takterna tjenligt;
Flicka med böljande hår icke, och icke en pilt —".
Klagade jag; sitt koger han straxt aflöste från skuldran,
Valde så pilarne ut, ämnade mig till förderf.
Tappert krökte han nu med sitt knä den bugtade bågen
Här, han sade, du har något att sjunga, min skald.

Me miserum! certas habuit puer ille sagittas:
Uror; et in vacuo pectore regnat amor.
Sex mihi surgat opus numeris; in quinque residat:
Ferrea cum vestris bella valete modis.
Cingere littorea flaventia tempora myrto,
Musa, per undenos emodulanda pedes.

Stackare jag! den pilten han har dock de säkraste pilar:
Lediga hjertat är nu stucket af Amor i brand.
Med sex takter min sång må stiga, med fem må den falla:
Fejder och vapen och J, krigiska toner, farväl.
Pryd nu med myrtenkrans guldlockiga tinningen, sångmö,
Sedan på ellofva fot passa du måste din sång.

Notulæ.

I. 1.

V. 5. Delicatius, quam quod nostro sermone imitari ego certe possim, Heibergius ita:

Hvo gaf dig, uregjerlige Dreng, den Magt over Digte?
Muserne kun, ej dig höre vi Sangere til.

v. 15. Non minus feliciter, etsi paulo liberius:

Troer du da, Alt er dit? Er Helicon ogsaa dit Rige?
Nu ej Phöbus en gang Lyren besidder i Ro.

v. 18. Veterem illam lectionem secutus est Heibergius, quæ erat:

Attenuat nervos protinus ille meos

etsi, quam inepta sit, intellexisse videri potest, ita interpretans:

Inden det fölgende Vers alt har du svækket min Stræng

quasi legatur *ante sequentem versum nervos meos attenuasti*, vel ut metrice eandem fere sententiam reddere coner:

Tu properas nervos attenuare meos.

Est enim id in vulgata olim lectione molestum, quod nimis præfracte transitur ab illa apostrophe, qua huc usque Amor erat tamquam præsens compellatus, ad eam orationis figuram, qua de absentibus dicitur. Hoc, opinor, fraudi fuit librariis, quod ignorarunt frequentem illam poëtis Latinorum libertatem, ut quæ tempore tantum convenirent, ea causali vinculo colligarent, cujus libertatis exemplum habes: Hor. Carm. III, 6, 41. *Sol . . . juga demeret bobus.*

Sic *proximus ille versus* i. e. *secundus, alter* (utpote proximus a *primo*) poëtarum more dici potest *attenuare nervos,* pro simplici illo dicendi genere: *in altero jam versu,* (quum alter versus scribendus est l. canendus), *jam sentio nervos meos ita attenuatos, ut ultra quinque modos l. pedes progredi non possim.* — Ita vero legere jubemur eo etiam, quod lectio altera non modo

eandem sententiam præbet, quam v. 4 *risisse cupido dicitur atque unum surripuisse pedem,* sed eandem sententiam exilius multo pronuntiatam. Denique ne id quidem negligendum, in Ovidio, poëta ἀντιθέτων amantissimo, *primo* quum ita positum sit, ut est in v. 17, vix posse *alterum, secundum, proximum,* quod huic respondeat, non sequi. — Præterea eandem varietatem esse loci etiam minus dubii III. 2, 7. significavit Cl. *Weberus,* Corp. Poët. Lat. Francof. ad M. 1833.

v. 19, 20. paulo obscurius reddit et vereor, ut satis recte, Heibergius:

Hvad jeg besynger, er ej som Det for en lavere Rhythmus,
Ej en Dreng eller Mö, krandset om flagrende Haar.

v. 23, 24. Liberius ille quidem, sed belle:

Satte saa Knæet imod og mægtigt krummende Buen
Sagde han: Digter, see her, der har du Stof til en Sang.

v. 26. Ita Danus: *Hjertet mig brænder, men tomt: Amor regjerer deri.* Hoc dubito, num ita voluerit Ovidius, *vacuum esse tum pectus, quum in eo pectore Amor regnaret.* Sic potius intelligo: in pectore *nuper* vacuo *jam* regnat amor i. e. in pectus meum quasi in domum vacuam sibique patentem intravit ibique jam regnat Amor. Neque vero mihi contigit hæc omnia versu significare; ut meo quoque exemplo doceam, quanto sit facilius reprehendere, quam meliora ipsum assequi.

v. 27. *Lad mig da kun til sex Fod stige, men synke til femte!* Haud scio, an aliquanto planius dici potuerit. — Hanc adscendentis et descendentis rhythmi vicissitudinem, de Ovidio nihil cogitans, scite expressit *Schillerus:*

Im Hexameter steigt des Springquells flüssige Säule;
Im Pentameter drauf fällt sie melodisch herab.